Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

61. Filia Chananeæ à dæmonio liberatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-47925

Visual Library

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
dunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem: de corde enim exeũt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ. hæc ſunt quæ coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem.* 61.	oculꝰ malꝰ, blaſphemia ſupbia, ſtultitia. Oĩa hęc mala ab intꝰ ꝓcedũt & cõmunicant hominem.* 61.		

CAP. 61. *Filia Chananeæ à dæmonio liberatur* Matth. 15.* 61 Mar. 7.* 60.

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
ET egreſſus inde Ieſus ſeceſsit ĩ partes Tyri & Sydonis. Et ecce mulier Chananęa à finibus illis egreſſa clamauit, dicẽs ei, Miſerere mei Dñe fili David, filia mea malè à dæmonio vexatur. Qui non reſpõdit ei verbũ. Et accedẽtes diſcipuli eius rogabãt eũ dicẽtes, Dimitte eã: quia clamat poſt nos. Ipſe aũt reſpõdẽs, ait, Nõ ſum miſſus niſi ad oues q̃ perierũt domus Iſraël. At illa venit & adorauit eũ, dicẽs, Dñe, adiuua me. Qui reſpõdẽs, ait, Nõ eſt bonũ ſumere panẽ filiorũ, & mittere canibus. At illa dixit, Etiã Dñe: nã & catelli edũt de micis q̃ cadunt de mẽſa dominorũ ſuorum. Tũc reſpõdẽs Ieſus, ait illi, O mulier, magna eſt fides tua. fiat tibi ſicut vis. Et ſanata eſt filia eius ex illa hora.* 62.	ET inde ſurgẽs abiit in fines Tyri & Sydônis: & ingreſſus domum, neminẽ voluit ſcire, & non potuit latêre. Mulier enĩ ſtatim vt audiuit de eo, cuius filia habebat ſpiritũ immundum, intrauit, & prócidit ad pedes eius. Erat enim mulier Gentilis, Syrophœniſſa genere. Et rogabat eum vt dęmoniũ eiiceret de filia eius. Qui dixit illi, Sine prius ſaturari filios. nõ eſt enim bonũ, ſumere panẽ filiorum, & mittere canibus. At illa reſpondit, & dixit illi, Vtiq; Dñe. nam & catelli comedũt ſub menſa de micis puerorum. Et ait illi, Propter hũc ſermonẽ vade, exiit dæmonium à filia tua. Et cùm abiiſſet domũ ſuã, inuenit puellã iacẽtem ſupra lectum, & dęmonium exiiſſe.* 62.		